

de quibus disserit auctor num. 10, sunt de forma coadjutoriae cum futura successione, nisi doceatur, Papam fuisse deceptum circa necessitatem et utilitatem Ecclesiae. Rota in Cracovien. Coadjutoriae, 14 Junii 1743, coram R. P. Canilliac.

(76. Coadjutori debetur praecedentia supra alios Canonicos non a die apprehensae possessionis coadjutoriae cum futura successione, sed a die apprehensae possessionis post obitum coadjuti, et quidem non obstante, quod gratia coadjutoriae contineat clausulam: « Ex nunc prout ex tunc, » ut, quidquid in contrarium innuere videtur auctor num. 27, firmavit Rota in Majoricen. Canonicatus, 27 Novembr. 1744, § 7 et seq. et in *Confirmatoria* § 4, coram bon. mem. Vicecomit.

(77. Clausula: « Etiam si actu nunc, vel modo praemisso, vel alio quovis modo actu vacet, » apponi solita in gratia coadjutoriae cum futura successione licet sustinere nequeat gratiam, si beneficium de eo tempore vacaverit de facto, gratiam tamen sustinet, si vacaverit tunc beneficium de jure tantummodo. Garcias de *Benefic.* part. 4, cap. 5, num. 133; Leuren. de *Vicar.* tract. 2, cap. 10, qu. 428, num. 3; Rota cor. Manzaned. dec. 490, num. 10 et seq. et in Uladislavien. Archidiaconatus super coadjutoria, 13 Januarii 1757, § 4, cor. R. P. D. Paracciano.

#### ARTICULUS XI.

##### *Varia alia in supplementum de Canonicis.*

(1. Non licet novum habitum, sive signum a Canonicis cathedralis Ecclesiae absque Sedis Apostolicae auctoritate assumi. Sac. Congr. Concil. in Taurinen., 21 Junii 1641, et in Tarvisina, 8 Februarii 1639. (2. Canonici et praebendati non possunt deferre almutias, cum uti singuli invitantur ad associandum funera, sed uti tantum possunt in casibus, quando incedunt collegialiter cum capitulo. Sac. Congreg. Episcop. in Placentina Funerum, 2 Maii 1659. (3. Canonici cathedralis non sunt in dignitate ecclesiastica constituti, nisi late sumpto vocabulo, sed dicuntur clerici primi ordinis. Sperell. dec. 167, num. 8 et 10; Panimol. decis. 1, adnot. 6, num. 28 et duob. seqq.; Monacell. tom. 1, tit. 1, formul. 4, num. 18. Sunt tamen Canonici cathedralis personae in dignitate constitutae, ad hoc ut possit coram eis fieri translatio pensionis. Gratian. discept. 551, num. 18; Tondut. de *Pension.* cap. *Eo*, num. 30; Monacell. tom. II, tit. 4, formul. 7, num. 2. (4. Collegiata simplex praecedit omnibus Ecclesiis simplicibus, et quae tantum parochiales sunt. Sacra Congreg. Rituum in Senogallien., 23 Martii 1619. (5. Etiam si antequam erigeretur in collegiatam, illis cederet. Sacra Congreg. Rituum in Terracin. Sonuissae, 25 Februarii 1606. (6. Canonici collegiatae de jure insignis praefertur Canonici collegiatae, quae est insignis per indultum de recenti; seu collegiata antiquior, quae habet insignitatem a jure, praefertur habenti insignitatem ex privilegio posteriori-

rem. Sacra Congreg. Rituum in civitate Castellanae Praecedentiae, 13 Februarii, et in Novarien., 8 Maii 1700. (7. Canonicus Ecclesiae collegiatae, quamvis peritissimus doctor, eligi non potest in judicem synodalem, etiam si non existant in cathedrali doctores, saltem ita idonei. Sac. Congreg. Concil. in Alexandrina, quam citat, et sibi fuisse responsum asserit Massobrius de *Synodo Diaecesana*, cap. 4, num. 10. (8. Canonicus celebrans in Ecclesia collegiata non tenetur facere reverentiam Vicario Generali praesenti in fine Missae ante benedictionem. Sac. Congreg. Rit., 21 Februarii 1604. (9. Canonice ad privationem potest procedere Episcopus sine adjunctis ex causa quod ordines suis praebendis adnexos non susceperint. Sic decisum fuisse a Sacra Congreg. Concil. refert Garcias de *Benefic.*, part. 3, cap. 4, num. 22. (10. Si Canonicus poenitentiarius non faciat residentiam, et Episcopus velit procedere contra eum ad privationem Canonicatus, tenetur servare regulam praescriptam a Sacro Conc. Trident. sess. 24, cap. 12, de *Reformat.*, ut respondit Sacra Congreg. Concil. Episcopo Sutrien. qui cum supplicasset declarari: « An absente Canonico poenitentiario ultra tres menses, et per alium inservire faciente, quoad munus poenitentiarii contra eum servanda sit regula praescripta a Sacro Conc. Tridentino sess. 24, de *Reformat.* super privatione Canonicatum Ecclesiae cathedralis, vel potius sit diversimode procedendum? » die 7 Decembris 1696, Sacra Congreg. Conc. censuit Canonicum poenitentiarium esse comprehensum sub dispositione Concilii.

(11. Canonicos vocare ad palatium episcopale potest Episcopus, et tenentur accedere; non tamen tenentur ire vocati a Vicario. Sacra Congreg. Rit. in Cassanen., 5 Martii 1633. (12. Canonici cathedralis et collegiatae debent retinere tabellam horariam, et officia divina persolvere statutis horis. Et propterea cura erit Episcopi visitatoris recognoscere tabellam horariam, et quatenus non adesset, aut inordinatam inveniat, illam praefinire, seu reformare non negligat ad formam tabellae, quam approbavit Sacra Congreg. Episc. in Aretina, 30 Maii 1599, et per extensum refert Crispin. de *Visit.* part. 2, § 20, num. 11. (13. Canonicos ad discendum cantum Gregorianum cogere potest Episcopus, et renitentes multare etiam poena non participationis distributionum quotidianarum, et subtractionis fructuum. Sacra Congregatio in Tropien., 9 Martii 1620. (14. Canonici abesse volentes extra dioecesim, tenentur semper petere licentiam ab Episcopo. Sic decisum fuisse a Sacra Congreg. refert Pax Jord. *Elucubr.* lib. 10, tit. 40, num. 74, vers. *attamen*, et testatur authenticam decisionem penes se retinuisse tenoris sequentis. Sacra Congreg. Concil. Trident. Interp. « tametsi declaraverit nullam requiri licentiam, ad hoc ut Canonici abesse possint in mensibus ab eodem Concilio permissis, censuit tamen hanc declarationem non vindicare sibi locum, quoties Canonici abesse volunt extra dioecesim, proinde hoc casu

Episcopi licentiam esse obtinendam. Caeterum Episc. non debere illam absque rationabili causa denegare. » (15. Unde patet, quod concurrente honesta et rationabili causa absentiae, non potest ab Episc. denegari Canonico licentia se absentandi, alias datur recursus ad superiorem, qui licentiam ordinarii supplendo ipse concedat, vel ut ordinarium compellat ad illam dandam, ut docet Abbas in cap. relatum, de *Clerico non residente*, num. 6, ubi ampliatur, quod propter necessitatem subito et inopinante occurrente possit Clericus, qui residentiam habet, se absentare absque licentia ordinarii, consideratis tamen qualitate causae, praedicti, et facilitate petendi licentiam. (16. Canonicus absens de licentia Sacrae Congregat. cum clausula: « Dimissa tertia parte fructuum, dimittit eam tertiam, quae superest, detracta pensione. » Sac. Congreg. Concil., 3 Julii 1609, pro Canonico S. Laurentii in Damaso urbis, licet, ut asserebatur, in Basilicis majoribus ejusdem urbis detractio fieret a toto praebendae fructu, nullo habito respectu ad pensiones.

(17. Canonicatum erigere Episcopus non potest sine consensu capituli. Sacra Congreg. Concil. in Clodien., 5 Julii 1608, in Aquinaten., 20 Februarii 1677, in Nazarien., 20 Septembr. 1692, et in Sabinen., 14 April. 1696. (18. Si tamen Canonici irrationabiliter renuant prestare consensum erectioni novi canonicatus, superior supplet. Sac. Cong. Conc. in Sabinen., 2 Julii 1696. Et etiam suppleri petebatur in alia Almerina, 25 Junii 1695, in qua Episcopus cupiens in executionem legati testatoris duos canonicatus erigere de novo, capitulum assensum praebere renuit ob deficientiam reddituum, et ideo fuit rescriptum: « Firmetur Status haereditatis » ut dignoscere posset, an capitulum rationabiliter se opponeret nec ne. (19. Imo non potest Episcopus auctoritate ordinaria in sua Ecclesia creare Canonicos supranumerarios absque consensu capituli et Canonice. Sacra Congregatio Conc. in Fulginaten., 26 Februarii 1639. (20. Canonicus supranumerarius neque ad futuram praebendam creari potest, quia hujusmodi expectativae fuerint abrogatae a Sacro Concilio Tridentino sess. 24, cap. 20, de *Reformat.* Ita Sacra Congregatio Concil. in Tirasonen., 30 Maii 1698, in qua fuit denegata confirmatio talis electionis seu institutionis. (21. Canonicus supranumerarius receptus suppliciter de mandato Papae in aliqua Ecclesia in qua est certus numerus Canonicorum, non illi derogando, aut non mandando recipi cum plenitudine juris canonicalis, non habet jus canonicum, stallum scilicet in choro, et vocem in capitulo, et alias omnes praerogativas, quibus caeteri Canonici gaudent. Canonicus vero supranumerarius receptus cum expressa Papae derogatione de certo Canoniceorum numero, vel cum plenitudine juris canonicalis, habet tale jus canonicum, id est stallum in choro, vocem in capitulo, et alias omnes praerogativas quibus gaudent caeteri Canonici. Lel. Zech. cap. 24, de *Canon.*, num.

4, vers. *Causa vero*, (22. ubi subdit, quod quando a Papa impetratur canonicatus qui sit supra numerum, debet id in litteris exprimi, alias impetratio non valeret. Pavin. de *Potest.*, c. *Sed vac.* prael. 5, n. 15; Hojed. de *Incomp. Benefic.*, part. 1, cap. 12, n. 6; Stephan. Gratian. *Discept. forens.*, tom. V, cap. 867, a num. 1; Barbosa de *Canon.*, cap. 3, num. 15. Canonici autem supranumerarii ordinarie dicuntur illi, qui in Canonicorum collegium cooptantur et Canonici creantur ultra numerum certum praebendarum et canonicatum, absque ulla praebenda illis statim attributa, ut ex Glossa et Abbat. in c. Cum M. Ferrariensis 9, de *Constitutionibus* resolvit Azorius *Institut. moral.* part. II, lib. 3, cap. 11, qu. 13; Barbosa de *Canon.* cap. 3, num. 12. (23. Si Canonicus supranumerarius fuit admissus per capitulum simpliciter sine praeservatione suorum jurium, quotidianas lucratur distributiones. Rota, part. 18, recent. tom. I, decis. 364, n. 14. (24. Canonici supranumerarii, qui ex privilegio apostolico in aliqua Ecclesia recipiuntur cum eo quod solum participant de distributionibus quotidianis, et nullam obtineant praebendam, sed ad primam vacaturam juxta eorum prioritatem admittantur, non tenentur habere majorem aetatem quam quatuordecim annorum, dummodo non optent, nisi cum aetatem requisitam habuerint. Sacra Congreg. Conc. in una Venafren., 13 Martii 1663. (25. Potest permitti quod Canonici deputent in parochum Canonicum supranumerarium; cum hoc non sit incompatible. Sac. Congreg. Conc. in Fulginaten., 14 Martii 1648.

(26. Dignitatem novam in cathedrali Ecclesia erigere nemo potest, nisi unus tantummodo Summus Pontifex, ut pluries decisum in Sacra Congreg. Concilii, et notatur in tract. de Synodo Diaeces. lib. VII, cap. 75, § 8.

#### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(27. Erectio novi canonicatus est subreptitia, si Summo Pontifici non fuerit expressum statutum prohibens augeri numerum canonicatum. (28. Neque alicujus efficaciae est generica statutorum derogatio, quae non censetur Summus Pontifex derogare voluisse statutariae prohibitioni non expressae. Rota in Fanen. *Suppressionis*, 4 Junii 1742, cor. R. P. D. Canilliac.

(29. De Canonicis novae erectionis frequens est disputatio, an et quomodo participant proventus capituli; tum an et quomodo teneantur ad onera capituli. Vide de prima disputatione Rotam in Senogallien. *Successionis* 30 Junii 1738, cor. bon. mem. Nunez, tum et maxime in Vercellen. *Functionum*, 14 Junii 1738 et 28 Novembris 1742; utrobique fere per tot. cor. bon. mem. de Vais, (30. et de secunda disputatione consule idem supremum Tribunal in Viterbien. *Contributionum, et expensarum*, 15 Junii 1743, coram R. P. D. Elephantul.

31. De præcedentia quoque ipsis debita quæri solet. Ad sacrum auditorium in No-

## CANONICI REGULARES

QUOAD BENEFICIA CURATA, ETC.

## SUMMARIUM.

1. Canonici regulares Lateranenses et Sanctissimi Salvatoris sunt incapaces obtinendi beneficia sæcularia. — 2. Dicti Canonici beneficiati prohibentur a claustris discedere absque indulto apostolico. — 3. Etiam provisi de beneficiis simplicibus jubentur intra claustra manere. — 4. Indulta tamen apostolica facilius ipsis sunt concedenda. — 5. Variæ quæstiones supra num. 1. *Remissive*. — 6. Præfati Canonici a solo Pontifice resignationes, coadjutorias, beneficia simplicia, et pensiones ecclesiasticas obtinere possunt. — 7. De obtinentibus beneficia residentialia, aut parochias sæculares. — 8. Canonici regulares

(1. Canonici regulares Lateranenses, et Sanctissimi Salvatoris incapaces declarantur obtinendi beneficia sæcularia et pensiones ecclesiasticas, et accedendi ad concursus pro Ecclesiis parochialibus et præbendis theologalibus, et pœnitentiariis. Benedict. XIV. tom. I, constit. 133, incip. *Quod inscrutabili* per tot. et signanter § 14.

(2. Dicti Canonici provisi de beneficiis Curatis, aut residentialibus prohibentur e claustris discedere absque indulto apostolico. Idem *ibid.* § 13. (3. Provisi de beneficiis simplicibus aut pensionibus ecclesiasticis, jubentur intra claustra manere, sub penis contra apostatas. Idem *ibid.* (4. Quia tamen regulæ inserviunt laxiori, indulta apostolica facilius ipsis sunt concedenda. Idem *ibid.* § 16.

(5. Quando a patronis præsentari valeant ad Ecclesias curatas, et canonicatus, seu præbendas sæculares assignatur; *ibid.* § 17 et 18. Item quomodo ab ordinariis provideri possint sine concursu; *ibid.* § 29. Item quomodo ad concursus admitti; *ibid.* § 21. Item quomodo provideri de parochia, aut præbenda theologali, vel pœnitentiaria extra concursum; *ibid.* § 23. Item qua ratione eorum Superiores præstare debeant consensum pro hujusmodi provisionibus; *ibid.* § 17.

(6. Præfati Canonici resignationes, coadjutorias, beneficia simplicia, et pensiones ecclesiasticas, a Summo Pontifice duntaxat obtinere possunt. Idem *ibid.* § 24. (7. Obtinentes parochias sæculares, aut beneficia residentialia, non compelluntur habitum religionis gestare, nec socium sui ordinis retinere. Idem *ibid.* § 27. Nec a superioribus regularibus ad claustra revocari possunt. Idem *ibid.* § 26. Ad quæ nihilominus redire coguntur, si parochiam, aut canonicatum resignaverint, vel de ipsis per sententiam privati, aut perpetuo suspensi, et inhabili-

## CANONIZATIO SANCTORUM

Vide verb. CULTUS SANCTORUM.

## CANTIONES.

Vide verb. ECCLESIA, art. 5, num. 41; verb. LUXURIA, num. 86, 87; verb. PROCESSIO, num. 52.

varien. *Præcedentia*, 11 Decembris 1711, cor. bon. mem. Barbadic.

ordinis Hospitalarii S. Spiritus, ejusdemque ordinis moniales in Hispaniis et Polonia subjiciuntur locorum ordinariis. — 9. Canonici regulares S. Augustini monasterii Ultiensis in Alpibus sæcularizantur, absolvuntur ab omnibus professæ religionis observantiis, excepto voto castitatis. — 10. Canonici regulares Præmonstratenses parochiales Ecclesias, et Vicarias sine apostolica dispensatione obtinere et retinere possunt. — 11. Canonici regulares non sunt capaces beneficii simplicis. — 12. Ad legitime recipiendas parochias laicas requiritur facultas Summi Pontificis. — 13. Nunquam iis rescripta et brevia pro exercendo advocati munere conceduntur.

tati fuerint. Idem *ibid.* § 28. Non vero si Coadjutorem acceperint, aut jubilationem obtinuerint. Idem *ibid.*

(8. Canonici regulares ordinis Hospitalarii S. Spiritus, ejusdemque ordinis moniales in Hispaniis et Polonia existentes, subjiciuntur ordinariis locorum, et eximuntur a jurisdictione præceptoris generalis S. Spiritus in Saxia de urbe. Idem tom. I, constit. 15, incip. *Sæpe Romanorum*.

(9. Canonici Regulares S. Augustini monasterii Ultiensis in Alpibus sæcularizantur, et habiles in posterum possidendi, hæreditandi, et testandi, ac absoluti ab omnibus professæ regulæ observantiis, excepto voto castitatis, ut alii sæculares presbyteri, declarantur. Idem tom. II, constitut. 56, incip. *In Sacrosancta*.

(10. Canonici regulares Præmonstratenses parochiales Ecclesias etiam sæculares, et Vicarias obtinere possunt, et retinere sine apostolica dispensatione; sic declaravit idem Pontifex Benedict. XIV, die 5 Septembris 1750, constit. incip. *Oneroso*.

(11. Canonici regulares, quanquam sint capaces beneficii curati, ex textu cap. *Quod Dei timorem, de Statu Monach.*, non sunt tamen beneficii simplicis, ut ex pluribus decretis Sac. Congregat. Concil. firmatur; id. Institut. Eccles. 98, § 2, sicut nec beneficiorum residentialium non parochialium, ut ex sensu multorum canonistarum. *Ibid.* § 3.

(12. Nec possunt parochias laicas recipere cum sola licentia Abbatis Generalis; sed requiritur facultas Summi Pontificis. *Ibid.* § 5.

(13. Canonice regularibus rescripta et brevia pro exercendo advocati munere nunquam conceduntur; quod est conforme can. *Ex parte tua, de postulando*. Idem, *de Synodo Diac.* lib. xii, cap. 10, § 12, nov. edit.

## CANTOR.

ARTICULUS EX EDITIONE BARBIELLINIANA.

## SUMMARIUM.

1. Cantorum antiquitas. — 2. Ordinatio. — 3. 4. Cur instituti, eorumque varia genera. — 5. 6. Præ-

(1. Cantorum apud veteres sæpe mentio occurrit, ut can. 69, inter apostolicos, apud auctorem *Constitutionum Apostolicarum*, lib. III, c. 2, et Concilii Laodiceni, can. 24.

(2. In Concilio Carthaginensi IV, can. 10, eorundem ordinatio præscribitur, ibique facultas presbytero conceditur, etiam *absque scientia Episcopi* cantores ordinandi, quæ fortasse peculiaris fuit Ecclesiæ Africanæ praxis.

(3. Cur autem cantorum, qui et *Psaltes*, seu *Psalmistæ* dicti, fuerit ordo institutus, causa fuit veteris psalmodiæ ex populi ad hanc divini cultus partem parum idonei negligentia restituendæ, atque emendandæ necessitas.

(4. Duo cantorum genera habuit, habetque Ecclesia, præceteros, qui *vocem præmittunt in cantu*, inquit S. Isidorus dist. 21, cap. 1, seu præceteros choro quodammodo præeunt, et *Succentores*, seu chorum, qui *subsequenter canendo respondent*.

(5. Qui Romanis præceter est a Græcis *ὑποβόλος* appellatur, seu *monitor, suggestor, inspirator, prænuntiator*; de quo Cotelerius, ad lib. II *Constit. Apostolic.*, cap. 57.

(6. Qui olim responsorium præceterat, unus duntaxat erat cantor. Priscus hic ritus, cujus Isidorus meminit, *de Eccl. offic.*, § 8, vigeat Romæ sæculo IX, uno scilicet cantore responsorium, etiam Graduale Missæ, præceterante; imo et sæculo XII in Ecclesia Mediolanensi apud Beroldum a Muratorio in

## CANTUS.

## SUMMARIUM.

1. Cantus Gregorianus a fratribus et monialibus ord. minorum S. Francisci de Paula adhiberi præcipitur. — 2. Cantum in divinis laudibus adhibere ritus est vetustissimus. — 3. 4. Non tamen ubique, neque ab omnibus æque receptus fuit. — 5. Mos Orientalium erat ut hymni et psalmi alternatim canerentur. — 6. Quæ disciplina hodie quoque viget in Ecclesia. — 7. Quod etiam S. Carolus Mediolanensis intendit. — 8. Distincte canere quid sit. — 9. Cantus alternis choris in Veteri Testamento. — 10. Christiani cantum a Christo, atque ab Apostolis edocti sunt. — 11. Quadruplex canendi ratio apud Christianos viguit. Primo: Cum Psalmi ab universa Congregatione

(1. Cantus Gregorianus in choro, aliisque functionibus, a fratribus et monialibus ordinis minorum Sancti Francisci de Paula peragendis, adhiberi præcipitur. Bened. XIV, *Constit.* incip. *Romanus Pontifex*.

## ADDITIONES NOVISSIMÆ.

(2. Cantum in divinis laudibus adhibere, ritum esse vetustissimum, ab ipsis quoque Christi et Apostolorum exemplo originem trahentem, docet Sanctus Augustinus Epist. 55, ult. edit., c. 28. (3. Nequaquam tamen

centorum nomina, munus, numerus. — 7. Schola cantorum a S. Gregorio M. Romæ constituta. — 8. Ex quibus constaret. — 9. Quandiu viguit.

Antiquitatibus mediæ ævi evulgatum. Posteriori ævo cantores duo in Ecclesia Romana responsorium Graduale modulari cœperunt, ut in cæremoniali Benedicti Canonici videre est. Tom. II *Mus. Ital.* Mabillon., p. 120.

(7. « Scholam Cantorum » S. Gregorius M. teste in ejus Vita Joanne Diacono lib. II, cap. 6, « constituit, eique cum nonnullis prædiis duo habitacula, scilicet alterum sub gradibus basilicæ beati Petri Apostoli, alterum vero sub Lateranensis Patriarchii domibus fabricavit. » In hoc collegium cantorum, Diaconis, multoque magis Presbyteris exclusis (ut ex decreto constat Synodi Romanæ ejusdem S. Gregorii, cap. in *Sancta Romana*, dist. 92) soli Subdiaconi, adscitis clericis inferiorum graduum cooptabantur.

(8. Hujus autem scholæ præcipui cantores (vide Baronium ann. 1057) septem erant Subdiaconi, quorum primus *Primicerius*, vel *Prior Scholæ*, secundus *Secundicerius* dicebatur, tum tertius, et quartus Scholæ, qui et *Archiparaphonista* vocabatur; in eorum autem adjumentum in modulationis officio, *Paraphonistæ*, alique pueri cantores adangebantur.

(9. Celebrem hanc scholam, adhuc XIII Christi sæculo Romæ vigiisse, post Cæsarem Rasponum de *Basilica Lateranensi* lib. II, cap. 4, conjicit Card. Bona *Rer. Liturg.* lib. I, cap. 25. Vide plura apud Card. Thomasium, t. IV et V Oper.

conjunctim canerentur. — 12. Secundo: Cum alternis choris canerentur a Congregatione in duas partes divisa. Tertio: Cum canerentur ab uno, cæteris in silentio audientibus. — 13. Quarto: Cum præceterante cantore succineret populus. — 14. Hinc quadruplex cantus ecclesiasticus, directus, antiphonus, responsorius, et tractus. — 15. Alterni cantus in Oriente auctor Sanctus Ignatius Martyr. — 16. Ut in Occidente S. Ambrosius, non Damasus. — 17. Cantus alius simplex et planus; alius melodicus. — 18. Medius inter utrumque Gregorianus. — 19. Qui paulatim apud omnes Occidentis Ecclesias propagatus fuit; imo et apud monachos.

ubique eodem tempore, neque ab omnibus æque receptum, et probatum fuisse fatendum est. (4. Testis enim est Sanctus Augustinus, lib. IX *Conf.*, cap. 7, suo tempore primum a S. Ambrosio in Ecclesia Mediolanensi institutum fuisse, ut hymni et psalmi canerentur secundum morem Orientalium partium, ne populus mœroris tædio contabesceret. (5. Mos Orientalium erat, ut hymni et psalmi alternatim canerentur. (6. Quæ disciplina ab omni plane ævo probata atque recepta hodie quoque viget in Ecclesia; ita